

- 1 Synopsis Naucorers vs Brodys xala evropia vov ppoitua d'is.
- 2 Gregory Nysseni ad Eutathiam et Ambrosiam, et Basilissiam, Epistola.
- 3 Θεολογικὸν Ἔκρον Νεοσυνου.
- 4 Νομιὰς Νεὶ vs πρὸς πᾶσι τοῖς ἐπίσκοποις ἐν τῷ βασιλείῳ, cum epist. Casel. ad Rom. sic ab
- 5 Caselii in laqueos Joann. Barcololde per scriptos.
- 6 — — Philox, sive Magister dicendi.
- 7 Demosthis πρὸς Ἰδίας Ἀπόλ.
- 8 Caselii Neor vs ppoitua d'is.
- 9 — — De Nobilitate libellus.
- 10 — — Παράδοξα duo in εδύαοε principum.
- 11 — — Epistola de obitu Magni Janusij, ad Thomā Janusij, filium.
- 12 Alberti Clampti Mulus Arcadius, et pauca alia poemata.
- 13 Laurenti Rhodoniāni Episcopi Mambus Magni Janusij, cum Epistolis aliquot Caselii.
- 14 Theodori Adami Panegyricus solenni introductione Acad. Juliae die habitus.
- 15 Bartholomaei Copen Oratio funebri de obitu princip. Frid. W. comit. palatin.
- 16 Rudolphi Diepoldi Nonae April. in Natal. 25 princip. Frid. W. duc. Brun.
- 17 Christophori Heidmanni Oratio de Vere a primo hominis bono.
- 18 Reditus in patriam ex peregrinatione aliquot annorum, Frid. W. duc. Brun. sic.
- 19 Adami Luchtenij oratio in resignatione Magistratus scholast. ubi ad de Calabria.
- 20 — — — — — Programma de obitu Ioan. Caroli Caselii.
- 21 — — — — — programma de obitu Henrici Julij a Lippa.
- 22 — — — — — pro programma de obitu Frid. W. paronij.
- 23 Tobia Patrumstetij epistola responsiva ad litteras Ioan. Marsij.
- 24 Caselii epistola ad nuptias Henrici Julij Wittershajm.
- 25 Conradi Horneij Episcopi, memoriae Pelycarpi Lutzeri consecrat.
- 26 — — — — — Carmen ad nuptias Henringi von der Höhe, Brun.
- 27 — — — — — Gratulatio Adamo Luchtenio de Restorato, scripta.
- 28 — — — — — Carmen ad Simonem Brubium, in Ethic. disput.
- 29 Quorundam doctorum virorum, carmina Cornelio Martini, scripta.
- 30 Conradi Rittermuller epistola ad Andream Paull. patricium Brunsvicij.
- 31 Caselii epistola ad senatum Göttingensem.

Sequuntur et pauca alia materiae quare titulos et auctores
huc ascribi chartae angustia non passura erat.

52a
ab

Sb! 00 T

z/ft

lin
Pocq

ic

ia



1. ?
2. Cabelius OD

H OD V17

Ad amplissimum & prudentissimum virum,

**DN. IOAN. REC-
CIVM, PHILOSOPHV
& IC. CL.^{mum}, imperialis Goslariæ
consulem primarium,**

*In luctu filiæ JVDITHÆ
RECCIÆ.*



*Clariss. V. opi et bene,
zando Sem. Dn. D. Ioan.
Cascho Acad. Juhis
professori meritissima.*

Ioan Reccij.

GOSLARIÆ

ex officina typographica Ioannis Vogdij.

ANNO MDLXXI.



Θραπέζα τρεῖς κλαίην ἑσθ' ἀνωγεν,
Πατέρι πε Συγκλαίει μίτηρ, καὶ τέκνα, Φίλοι τε
ἔμμι ἢ συγκλαίω καὶ αὐτὸς ἐμοὶ ἢ ἑσθ' ἕμμεσ
Συγκλαίετε, Φίλων ὅποσοι περὶ γινῆσιν εἰσίν.
Πεντάκις ἔπειτα ἔτη γεγονώς μοι πῆμος ἦός
καὶ ζῆ, τῶ γε μόνω δὴ τῆς γηραιὸς ἐρείδων,
ζῆν ἐπὶ μοι ὀλίγον γ' ἐδόκην ἤδη δὲ μεθ' ἡμέ,
καὶ αὐτὸς βουλομένω ἑσθ' ἄνω πατέρι βιῶνακα.

IOAN. CASELIUS.

S. P.

AMPLISSIMO CLARISSIMOQUE
DOMINO CONSULI M. IOH. RECCIO,
reverso ex COMITIIS PROVINCIALIBVS ad ex-
quias filiolarum natu minimæ IVDITHÆ.

Retraheris lacrymisq³, piis luctuq³, inopino,
RECCI, & ni fallor, non abiisse cupis.
Spes animum bona firmarat, frustrata fefellit:
Filiolam ad bustum trux libitina vocat.
Fles, puto, nec fieri non spes tam magna meretur:
Quam parua, ipsa erat hæc mater & ipsa a via.
(Neutra heroinis ullis virtute secunda:)
Vixisset, maior forsan utraq³ foret.
At tu propterea luctu indulgere carveto:
Non reddet luctus, quod Libitina tulit.
Nec nescis tales gemmas stellantia cæli
Velle theatra sui condecorare Deum.
Talibus haud dignus mundus: Quam multa ti-
menda
Hoc mundi extremo tempore, & ipse vides.
Deteriora nimis crescunt exempla suaq³,
Corrumpunt mores prosperitate bonos.
Invalet impietas, nec qui videt omnia vindex
Amplius ultrices quit cohibere manus.

A 2 Vndiq³

Vndiq^{ue} fama volat, quo Gog Magogq^{ue} laborent:
Exemplum est nobis Praga Bohema recens.
Quis scit de nobis alta quid in arce statutum?
Spes etenim, tutos nos fore, nulla datur.
Ecquis iam ipse potest optare sibi ve suis ve
Sive ævum maius, sive aliquid melius?
Felices, quibus est sua iam fortuna peracta,
Vt nullo sensu tam mala fata bibant.
Mitte pater luctum: potius gratare cubanti
Sua viter in sancti patris orante sinu.
Tendimus huc omnes: præijt Juditha: dolore
Invidus haud minuet gaudia tanta suo.

μὲρσιμον ἀσὶ Βάρη postidie IVDICA An. XI.

Ἐπιστολὴ μυστικὴν

Ad

AMPL^{mann} CONSULEM JOAN-
NEM RECCIVM, DEFVNCTÆ FILIOLÆ
JVDITHÆ OBITVM LVGENTEM,
observantiæ ergò scriptum à

M. JOANNE NENDORFIO Scholæ Rectore.

ERgò, perpetuo RECCI dignissime plausu
Ob meritum, vigilesque labores,
Nunc Musas poscis miseri solatia fati,
Passus tristia funera rapti
Tam chari capitis primavo è flore iuventæ?
O sævi inclementia fati!
O cæcæ, rapidæque vices, ludibria sortis,
Res hominum quibus aspera verfat!

Nata

Nata tibi fuerant (neque spes ea vana fuisset)
Gaudia mille propagine in ista,
Iamque fatigatum per publica munia curis
Non modicè mulcere solebant.
Sed cum riderent tibi, cum se præcoce fructu
Proferrent, inopina rapacis
Vis rapuit Clothus, & funere merfit acerbo.
Scilicet hoc ut perculerit te,
Nesciat is, cui sit circum præcordia ferrum,
Belua sive Hircana genitrix,
Qui neget esse pium lugere è vulnere tanto,
Et suspiria ducere ab imo
Corde, hominè ex homine is tollat, sitque aspera dignus
Sylvæ, & lustra habitare ferarum.
Ast animis fixo penitus servire dolori,
Nec medicas admittere curas,
Haud probet, humanæ cui sit res cognita gentis.
Nam morti debemur, amicas
Cum nondum in lucis cœli fauor extulit oras.
Si datur hîc non perdere vitam,
Nascentes fera mors furvis circumvolat alis.
Hinc quoque si sit vita superstes,
Fata diem, & casus minitatur quisque supremum,
Morborumq; cohors numerosa.
Inde adeò est, quicquid miseri traducimus ævi,
Nil nisi spes, formidoue mortis,
Sed nos, qui Christi sequimur vexillapotentis,
Auspiciis melioribus acti,
Donec desponsas liceat contingere terras,
Exuvias ubi ponere detur,
Quid juuat, aut cogit mortem exhorrescere, quidvè
Vitâ pignora functa dolemus,
Si mors speratis sistit nos finibus, omni
Exemptos discrimine vitæ?

Hæc, Sopies Recci, & Juris consulte, sub imo
 Corde memor dum fortè volutas,
 Parce tibi, incipiens tandem finire dolorem,
 Et mœstam solare parentem.
 Parce tibi, nec parce minus patriæ usibus urbis,
 Quæ votis ardentibus optat
 Incolumem sibi te per tempora longa columnam,
 Consilij satis indiga docti.
 Huic serua integras ad publica commoda vires,
 Quas possint haurire dolores.
 Sic tua cœlestem plaudat Juditha per aulam
 Angelicis permista catervis:
 Sic post multa, piæ decurso tramite vitæ,
 Lustra tibi cum compare dulci
 Corporis hospitio liceat migrare beatas
 Ad sedes, quò filia cessit,
 Mille vbi complexus, vbi mutua basta detis,
 Tristitiam procul esse iubentes.

EPITAPHIVM JVDITHÆ
 RECCIADIS.

<i>A</i>	<i>pòst viator, nunc resiste paulisper</i>	R:
<i>V</i>	<i>olo hisce te paucis. Mea ossa spectar</i>	E
<i>D</i>	<i>emore nolentem haud volo. tamen parvo ho</i>	C
<i>I</i>	<i>lla ipsa tymbo, quam legis, cubo, done</i>	C
<i>T</i>	<i>uba evocata nobili mei part</i>	I
<i>H</i>	<i>arebo, cæli civitate donand</i>	A,
<i>A</i>	<i>t tu future, quod ego sum, puta, quid si</i>	S.

è reds. xv.

VIta breVIs VIX tota fVIt trlterIDIs Instar,
 Atropos Vt Letal ita MIna rVpIt atroX.

V. CL.

V. CL.

Dn. JOANNI RECCIO, Jcto,
PATRIÆ IMPERIALIS GOSLARIÆ
CONSULI æternùm venerando, &c. Iugenti
obitum filiolæ natu minimæ JVDITHÆ,
officiosam salutem pre-
cor.



*M*niam nunc hominum retrò referun-
tur: ubiq;

Luctus, ubiq; pauor, & multa doloris
imago.

*Fas versum atq; nefas; fraus insidiæq; doliq;
In fidei subière locum, veterisq; pudoris.
Hinc tot sunt scelerum facies, tot bella per orbem,
Naturæ ut ruptis inter se legibus omnes
Arma ferant, toto Mars se viat impius orbe.
Parte alia lugenda fames, & turpis egestas,
Et vicina neci macies, febriumq; cohortes
Immundo incumbunt mundo, humanamq; fatigat
Vndiq; progenie in, tantum omnia bella vorates.
Atque ea colluues venæ peioris in ævum
Irruit, ut liceat ter & amplius esse beatis,
Quos vita beet ætheria, cœloq; reponat,
Quem penes arbitrium vitæ est, lethiq; potestas.*
Ergo.

Ergo egote lacrumis decorem, sequar aut tua fletu
Funera nunc? patriæ felix pietatis imago,
O Juditha, puellarum mere flos & ocelle,
Haud faciam: cassæ ceusuerunt lumine gentes,
Exosa superùm regi, & cœlestibus oris.
Sed quod præcipiunt sacræ pia scita Sophie,
Ex animo solidè tua gau deo gaudia, primo
Tam deplorata tibi quodd de limine vitæ,
Corporis exuta vinculis, & carcere duro,
Insuetum cœli chorus asurrexerit omnis.
Præ reliquis cuius nunc candida suspicis astra,
Sub pedibusq₃ premis nubes, longeq₃ refulges,
Qualis gemma micat, rutilum quæ diuidit auro.
Heic quemquam insano iuuet indulgere dolori?
Tu quoq₃ cui durat grauior pars vulneris, & cui
Cordolium est maius, lux invidiosa Themistos,
Dulce decus Phæbi, patriiq₃ columna senatus,
Reccaida, attollas oculosq₃ & pectora cælo.
Quamq₃ vides natam terræq₃ Erebiq₃ necisq₃
Omnibus exemptam iam casibus, omnia letam,
Urbe, sinu aetherii sociatam deinde parentis,
In paradisiacis sine vivere sua viter hortis.
Id certè illa cupit, qualis fuit illius in te,
Inq₃ suos omnes pietas: da mortuæ id illi.
Da multis, vestro qui mærent jure dolore.

Da

Da patria, ipsa diu ad longa usq; extrema senectæ
Tempora consilio vestro sapiente bonoq;
Recta Recciadeq; opera quò gaudeat uti.
Montibus in nostris ita eris, dum vita manebit,
Fabricius, Curius, Cato, Lælius, atque Camillus.
Namq; mihi liceat dare nomen quodlibet illi,
Qui sit præsidium patriæ columenq; salutis.

M. Henricus Besten, patriæ ibidem
Scholæ Conrector.

ODE dicolos dystrophos.

EVnomiæ custos, RECCI, Themidisq; Sa-
cerdos,
Urbisq; patriæ potissimum decus,
Ramnus ad Herciniam quâ dives surgit in auras,
Et Gosarivò limpido delabitur.
Tu patriæ studio præstanti commoda quæris,
Privisq; rebus anteponis publicas,
Priscæ Marchiados procul ablegatus ad urbem,
Cui nomen hortus indidisse creditur,
Imperij proceres vbi prima negotia tractant,
Primariæq; ciuitates Saxonum:

B

Tum

Tum tibi filiolarum rapit inclementia fati
Vix dum triennem, primuloq; in limine
Vitæ; quæ blando alloquio recreare solebat,
A publicis quoties domum negotijs
Ibas defessus; quæ risu & voce suavi
Curas item poterat levare sapius
Matri Cleimiadum genitæ de stirpe vetustâ.
O fors amara, nesciensq; parcere
Parca, quid in teneram refert sæuire puellam,
Ut in virentes curva falx flores solet? (tæ,
Quid properante manu dirumpere stamina vi-
Vix cœpta, quid tot vota, tot parentium
Spes nihili fecisse iuvat? Sed fata ferenda
Quid culpo? quidue sortem inevitabilem?
Conditio hæc vitæ mortalis scilicet, ut, qui
Hodie virefcit instar herbæ floridæ,
Post intervallum breve non vixisse putetur.
Ergò quid indulgere luctui iuvat?
Humanum est equidem, nec quisquam hoc
fortè negarit,
Lugere, cuiq; qui sient carissimi: (mo,
Nec leviter dolor hic & nos, qui cingimur El-
Tangit, patrem qui patriæ te novimus,
Et grati, quotquot sumus, observamus alumni
Magnum patronū, & litterarum præsidem.
Sed

Sed tamen & fas est, & rectius esse putatur,
Paullùm dolores anxios seponere:
Quando aliam & lógè meliorem vivere vitam,
Nos cœlitùs docent oracla reddita:
Læta vbi promissæ patriæ loca, & omnia vitæ
Spirant perennis æviternum gaudium,
Huc tua, RECCIADÉ, migravit filia, & inter
Choros beatos cœlitum fruiscitur
Perpete læticiâ rerum vitæq; datore:
Nec, sæpè nostris expetita questibus,
Hucce redire potest, nec, si queat, ipsa redibit,
At tu modum mœroris ipse noveris
Ponere, quod pietas iubet, & sapientia dictat;
Vestrumq; templa IULIÆ quot incolunt
Optant, vt firmæ redeant in corpora vires,
Et sis diu patriæ superstes vsibus.

*Henricus VVrötelius Goslariensis
faciebat in acad. Iulia.*


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.


155592

X2204159

VD 17








37

imum & prudentissimum virum,
IOAN. REC-
PHILOSOPHVM
CL^{um}, imperialis Goslariae
onsulem primum,

filiola **FVDITHÆ**
RECCIÆ.



*Clariss. V. opt. et bene
zando Sem. Du. D. Ioan.
Casleo Acad. Julis
professori meritissima.*

Ioan Reaig.

OSLARIÆ
pographica Ioannis Vogdij.
NNO CLO IO CXL.

